



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

36. de effectu peccati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

naturæ, imò omnino non sint? Ad quod di-
 cendum, his atque huiusmodi dictioni-
 bus, quæ videntur priuationes simpliciter
 notare, & nihil ponere, quòd per negatio-
 nem dicuntur verè aliqua poni, actusque
 per eas significari. Non credere enim in
 Christum, incredulitatem dicit: & nomine
 incredulitatis malus mentis actus significa-
 tur. Ita etiam cum dicitur, non ire ad Ec-
 clesiam malum est, non euntis contemptus
 significatur, id est voluntas mala. Quia sicut
 declinatio à malo aliquid ponit, scil. volun-
 tatem vitandi malum (non enim potest bo-
 num, quod omnino nihil est.) Ita declinatio
 à bono aliquid quod est significat, scil. vo-
 luntatem mali. Et secundum hoc vera & ge-
 neralis est illa peccati mortalis descriptio,
 quam suprâ posuit August. scil. Peccatum
 est dictum, vel factum, &c.

DE EFFECTV PECCATI.

D I S T I N C T. Trigesimæ sextæ
 C A P. Primum.

*Peccatum aliquando non solum peccatum
 est, sed et causa peccati, et pœ-
 na peccati est.*

GREG. super Ezech. ait: Cōtemnenti, qui
 nō vult pœnitere, ponit De⁹ offendicu-
 lum, vt. s. grauius impingat. Peccatum

V ij

Solutio.

f. 150. a

Incredulitas

f. 152. b. l. 7.

E P I T O M E

enim quod per pœnitentiam citiùs non de-
letur, aut peccatum est & causa peccati, aut
peccatum & pœna peccati, aut peccatum si-
mul & causa & pœna peccati. Vnde Moses,
Nondum sunt cõpleta peccata Amorrhæo-
rum. & Pãulus quoque ait : Propterea tra-
didit illos Deus in passiones ignominia, ^{gen. 15}
&c. & Iohanni per Angelum dictum est, ^{Ro. 1.}
Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et sic ^{apost.}
colligitur, peccatum aliquod & peccatum
esse, & pœnam peccati, & causam esse.

Quomodo Peccatum autem dicitur pœna peccati,
peccatum quia peccatum in quod merito præcedentis
pœna pec- peccati homo labitur, deserente Deo, cor-
cati fit. rumpitur bona natura, & imminuitur bo-
num naturæ : & est ipsa imminutio & boni
corruptio, passio & pœna, & non essentiali-
ter ipsum peccatũ, per quod fit. De quibus

fol. 155. b. l. Aug. lib. 1. Retract. ait quædam necessitate ^{cap. 8.}
17. fol. 159. a. fieri ab homine, quæ mala sunt & eadem ^{cap. 11.}
f. 151. b. l. 8. pœna peccati sunt. De quibus Apost. Non ^{Ro. 7.}
205. b. quod volo bonum facio, sed quod odi ma- ^{Gal. 5.}
lum hoc ago. & illud, Caro concupiscit, &c.

C A P. Secundum. Peccatum ut causa
est peccati, non est à Deo, sed
ut pœna.

Q uod videtur August. notasse cum ait
lib. de Prædest. Sanctorum: Prædesti- ^{cap. 10}
natione ea Deus præsciuit quæ

fuerat ipse facturus. Sed præsciuit Deus
 etiam quæ non est ipse facturus, id est om-
 nia mala: quia etsi sunt quædam quæ ita
 peccata sint, vt etiam pœnæ sint peccati,
 Ro. I. secundum illud Apost. Tradidit illos Deus
 in passiones ignominia: non tamen pecca-
 tum Dei est, sed iudicium, scil. pœna. In
 scriptura enim sæpe nomine iudicij pœna
 intelligitur. Hic diligenter intendentibus
 insinuare viderur ea quæ peccata sunt, &
 pœnæ peccati, non in quantum peccata sunt,
 sed in quantum pœnæ, Dei esse.

Lohy
85. 6. 1. 13.

C A P. Tertium. Non omne peccatum
 mortale est pœna peccata li-
 cet possit esse.

Pœna enim peccati (vt prædictum est)
 est illud cuius causa est aliud præcedens
 peccatum. Nam peccatū sic dicitur pœ-
 na peccati respectu præcedentis, sicut dici-
 tur causa peccati respectu sequentis. Quo
 fit vt idē peccatum & causa sit & pœna pec-
 cati, sed alterius peccati pœna, & alterius
 causa. Vt enim Grego. in Mora. ait, Pecca-
 tum quod pœnitentia non diluitur, suo pon-
 dere mox ad aliud trahit, ex illa quippe cul-
 pa sequens oritur. Quod si pœnitentia di-
 luatur præcedens, non oritur sequens. Ex
 quibus fit perspicuum quod peccatum illud
 dicitur pœna, quod causam præcedentem ha-

pœna est quid
lib. 2. Or. 30
cap. 2. f. 142. a
2 f. 148. a

Peccatum,
pœna pec-
cati, & cau-
sa peccati
definitur.

E P I T O M E

bet peccatū. Illud autem dicitur causa peccati, quod est meritum sequentis culpæ.

C A P. Quartum. Quædam peccata sunt quæ necessario sunt pœnæ.

Praterea nulla tenus ambigendum est quædam peccata absque vilo scrupulo pœnas esse: vt inuidia, quæ est dolor alieni boni. & ita de cupiditate, & timore, & aliis huiusmodi sentiendum est. vnde August lib. 83. quæstionum ait: Omnis perturbatio, passio: omnis cupiditas, perturbatio: omnis ergo cupiditas passio: omnis vero passio cum est in nobis, ipsa passione patimur. omni ergo cupiditate (quæ in nobis est) patimur.

Obiectio aduersus dictum Aug.

1. Hierony. in explanatione fidei ait: Tam illos errare dicimus qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse: quàm illos, qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Quod pugnat cum dicto August. dicentis quædam mala sic necessitate fieri, vt illa vitare sit impossibile. Ad quod dici potest, quod quia Aug. secundum statum huius miseræ (ad quam partem pertinet ignorantia & difficultas, vt idem ait in lib. de lib. arb. quæ ex iusta dam-

fol. 154. b.
l. 19.

Dilutio.

natione descenderunt) illud tradidit, ubi & venialia peccata inclusit. Hieronymus verò tantum de mortalibus peccatis loquitur, quæ vnusquisque gratia illuminatus vitare valet.

DE CAUSA PECCATI
secundum quorundam opinionem superioribus contrariam.

DISTINCT. Trigesimæseptimæ
CAP. Primum.

*Quidam dicunt nec substantiam
actus à Deo esse.*

*Post interceptæ quæ
stionis de
effectu pec-
cati deci-*

Sine eo nanque (ait Euangelista) factum est nihil, id est peccatum, quod dicitur esse nihil, non quia non sit actio vel voluntas mala, quæ aliquid est: sed quia à vero esse separat homines, & ad non esse deducit. Qui enim à summi boni participatione recedunt (quod solum verè ac propriè est) merito non esse dicuntur. Ad id autem quod dicit August. supra, Omne quod est, in quantum est, bonum esse, & Deum ipsum habere authorem, de naturis & substantiis rerum ipsarum tantum accipiendum esse tradunt, negantes bonos vel malos actus

*sequitur
alteram de
causa pec-
cati opi-
nionem.*

*cap. 35.
ab. 2. r. 42
f. 153. 2.
154. l. 1.*

f. 153. b. l. 5.